

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

vita, quando per vallem tenebrosam, Psalm. 23. v. 4. transeundum est, custodiat, & ad sit consolatione illa Spiritus sancti, de qua Rom. 8. vers. 16. atque animam nostram in manus suscipiat. Act. 7. v. 59.

F I N I S.

## THEMA LXXII.

Psalm. 26. v. 5. 6.

*Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.*

*Euntes ibant & flebant, portantes semina sua, venientes autem veniunt cum exultatione, portantes manipulos suos.*

## DISPOSITIO.

Audimus in his Psalmi verbis mentionem fieri sationis & messis. Neque vero id secundum literam intelligendum, præcedentia huius Psalmi verba luculenter ostendunt. At scripturæ non infrequens est illa similitudo de re rustica in Vet. & Nono Testamento, & quia omnibus hæc sunt nota, proinde etiam facilius intellectus. Ideoque ipse filius Dei his similitudinibus multum delectatus, & frequenter usus est; De seminantibus, messoribus, &c. Luc. 8. Matth. 9. 13.

Nobis itaque hæc Spiritus sancti comparatio debet esse grata: quæ per se (vbi rem intellexerimus) iucundissima est.

Dicemus itaque primum, Qualis hæc satio, & qualis messis: siue quæ ratio comparationis.

Deinde quis huius comparationis usus.

## I. Pars.

Si totius Psalmi argumentum rectius consideraerimus, patebit, hæc comparatione Plaltem respicere, ad miseras huius, & gaudia alterius vitæ: adeoque miseras comparare sationi gaudia vero messi aut spicilegio.

Q

Rationem

Rationem comparationis examinabimus.

1. Rusticus cum sementem terræ commendat, magnas sentit & experitur molestias. Donec enim terram perstrigar vomere, multo labore opus est, non bobus tantum & equis, in extrahendis aratris, sed ipsi rustico.

2. Præsertim quando hi labores rustici faciendi sunt, cælo non satis clemente. Ibi rusticus sæpius suam apud se miseriam deplorat, & felices prædicat eos, qui intra patientes victum possunt querere.

3. Et dum sementem facit, certe semen illud in sacco aut vase humeris imposito, cum mænore & gemitu (præsertim si pauper & famelicus sit) deportat in agrum, & proiicit in terram, non sine labore & molestia. *Er möchte das Korn lieber behalten vnd verzehrer.*

4. Et spem quidem habet fænoris alicuius, sed cogitur expectare tempus: donec sæua prætereat hyems. Et varias tempestates prius istud semen cogitur experiri.

5. At cum tempus messis venit, ibi tum omnis illius tristitia in gaudium conuertitur. Ibi tum lætus aristas colligit in manipulos, humeris collectas portat, & vehiculo imponit, horrea replet, conuiuium messoribus parat, lætatur, iubilat, &c.

9. Tantoque maior est lætitia, quod non modo in messe tantum accipit, quantum fuerat sarum, sed cumlatiore mensura accipit semen, quod trigecuplum, aut centuplum interdum fert, Gen. 26. vers. 12. Matth. 13. v. 8. Luc. 8. v. 8.

Eadem plane de piis Christianis ratio est in hoc mundo, quod Psalmi verba insinuant.

1. Etenim hic cum magna molestia faciunt operas vocationis, cum labore & dolore. Et id pretiosum est in vita, Psalm. 90. v. 10. sudor vultus, Gen. 3. v. 19. in omni generatione.

2. Et tot ac tantæ tribulationes iustorum, Psalm 34. vers. 20. vt lachrymas sæpe producant, (exemplo Davidis Psalm. 6. vers. 7. & 42. vers. 4.) quas Deus colligere dicitur, Psalm,

Pſalm. 56. v. 9. præfertim vbi impios vident felices, Pſalm. 73. v. 3. Jer. 12. v. 2.

Interim pii exercentur variis modis. Pſal. 60. v. 5. Hoc eſt quod dicuntur ſeminare in lachrymis.

3. Interim perdurant in afflictionibus cum Chriſto, Luc. 22. v. 28. & portant ſuum ſemen cum lachrymis. Bene agunt, & in pietate ſub afflictionibus creſcunt, fides, ſpes, patientia, oratio, Eſai. 26. v. 16. In ſilentio & ſpe, &c. Eſai. 30. verſ. 15.

4. Spem habent tamen, quod aliquando ſint accepturi præmia pietatis ſuz. Et abſtergendæ ſunt illorum lachrymæ, Eſai. 25. verſ. 8. Apoc. 21. verſ. 4. Interim tamen ſemper gemunt ſub onere, vad wehet ſie noch mancher rawer Wind an. Eſai. 27. v. 10.

5. At cum futura eſt meſſis illa reſurrectionis mortuorum lætiſſima, ibi compenſabitur illis omnis tribulatio. Si compatimur, Rom. 8. v. 17. 2. Tim. 2. v. 12. Abſtergentur lachrymæ, vt ſupra.

6. Nec tantum compenſabitur gloria & gaudio hæc miſeria, ſed maior erit gloria, quam fuit miſeria, Rom. 8. verſ. 18. Non reputo pares, 2. Cor. 4. v. 17. Momentanea afflictio. Oculus non vidit, 1. Cor. 2. v. 9.

*Pars II. Vſus huius comparationis.*

I. Patientiam excitare debet in afflictis, vt cogitent, in tribulationibus eſſe iam tempus ſationis, & tempus ſtendi, Eccl. 3. v. 4. Ad vesp̄eram ſictus, Pſal. 30. v. 6. 1. Petr. 4. v. 12. Nicht beſtrembden.

II. Conſolatio eſt, quod non ſemper ſtendi, ſed & ridendi tempus & exultandi. Vbi maior erit lætitia quam hic triſtitia. Et nemo tollet illud gaudium, Joh. 16. v. 22. Itaque non deſperandum, imo lætandum, Matth. 5. v. 12. Apoſtoli, Martyres, olim ibant & ſiebant. At nunc cum gaudio reportabuat gloriæ coronam immarceſſibilem, 2. Tim. 4. Videbantur illi periculofam facere ſementem, cum ſanguinem ſuum fuderunt. At meſſis tanto erit

vbrior, teste Christo, Matth. 5. versu iam allegato, & Matth. 19. v. 29. Marc. 10. v. 30.

Nihil itaque amittitur, sed magnum lucrum indereportatur.

III. Eadem hæc similitudo etiam ad morituros pertinet. Tristes sunt, cum finis vitæ adest, & cum Hiskia lachrymas fundunt, Esa. 38. v. 3. Tum enim tempus satiationis est. Seminatur enim, 1. Cor. 15. v. 36 & v. 42. At non iniquo id ferendum animo. Quia veniet tempus messis.

Soletur itaque resurrectio, Job. 19. v. 25.

Et tanto magis, quia illa gloriosior, 1. Cor. 15. vers. 43. Corpus clarificabitur, Phil. 3. v. 21.

Quis igitur non cupiat seminari.

IV. Seminant etiam qui pauperibus benefaciunt, teste Paulo, 2. Cor. 8. v. 10. Et putant illi interdum se facere iacturam sementis. Ideo impii cupiunt sua retinere, Prover. 11. v. 26. At feceratur Domino, Prou. 19. v. 17. Magna recipiet præmia, Matth. 10. v. 42. in fine Benedicetur, Prover. 22. vers. 9. Itaque non parce, sed cum gaudio seminandum, ut copiosior sit messis. Hilarem datorem, 2. Cor. 9. v. 7. Qui parce seminat, parce metet, 2. Cor. 9. v. 6. Ergo hic omnino absque lachrymis seminandam; & dispergendum, Psal. 112. v. 9. Dispersit, dedit pauperibus. Vide Eccel. 17. v. 1. & 2. & 6.

F I N I S.

## THEMA LXXIII.

Psalmus integer 130.

*De profundis clamo ad te Domine, &c.*

D I S P O S I T I O.

Pie veteres ex toto Psalterio elegerunt aliquot Psalmos singulares, quos vocauerunt Pœnitentiales, quales sunt, numero VI, XXXII. XXXVIII. LI. CII. CXLIII. & hic CXXX. qui in ordine sextus, ac præcipuus fere est inter omnes, Continent illi omnes præca-

tio.